

res, minores, furiosi, prodigi, muti,  
surdi, cœci.

**H**as prædictas personas feudum acquirere posse, ad longum deducit Struv. in *Syntagm. f. F. c. 5. a. 12.* Cum itaque personæ feudum à domino ipsis constitutum acquirentes sint & vocentur Vasalli, Struv. c. 7. a. 1. Vasallis autem refutatio Jure Feudali sit permissa, c. 1. de *Vasall. decrep. etat.* sponte sequitur, & illas personas feudum, quod habent, refutare posse; hoc autem procedit, cum præter mutum, surdum & cœcum reliqui omnes actum refutationis perficiant per Tutorum & Curatorem. Et hoc modo feudum ab imputberibus & minoribus per Tutorum & Curatorem refutatum esse non ita pridem observavi in Judicio Aulico Magdeburgensi.

## II. Tam Vasalli, quam Subvasalli.

Indubitate Juris est, quod vasallus feudum obtinens alii dominium utile, quod ipse in feudo habet, communicare, & subfeudum constituere possit. vid. Struv. cap. 12. a. 10. num. 2. Et textus in c. un. in pr. vers. si vero. 2. F. 9. Et c. 1. §. benefic. 2. Feud. 26. allegatos à Nicol. Mozz. tract. feud. tit. qui feud. n. 26.